Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et q̃ habitant mesopotamiam iudeam z cappadociam ponti
z asiam frygiam z pamphiliam egyptum z partes libie que est
circa cyrenen z aduene romani iudei quoq; z proselyti cretes z arabes
audiunt eos loquentes magnalia dei Alleluia Emitte spiritum
tuum z creabuntur z renouabis faciem terre Alleluia Veni sancte
spiritus reple tuorum cordia fidelium z tui amoris in eis ignem accende
Deus qui corda fidelium tui sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu
recta sapere et de eius semper consolatione gaudere Per dominum nostrum iesum christum filium tuum
qui tecum viuit et regnat in unitate eiusdem spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen

Lectio actuum apostolorum

Factum est in diebus illis cum esset apollo corinthi
paulus cum transiisset superiores partes ephesum
et inuenisset quosdam discipulos dixit ad eos
si spiritum sanctum accepistis credentes
at illi dixerunt sed neque audiuimus
si spiritus sanctus est quidam autem
dixerunt in quo ergo baptizati estis
illi autem dixerunt in iohannis baptismate
dixit autem paulus iohannes baptizauit
baptismate penitentie populum dicens
credite in eum qui uenturus est post
eum hoc est in christum iesum
cum audissent autem baptizati sunt
in nomine domini iesu et cum
imposuisset illis paulus manus
uenit spiritus sanctus super
eos et loquebantur linguis
et prophetabant omnes
uiri erant fere duodecim

Graduale

Ps. Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata

Tractus

Ps. Beatus uir qui timet dominum in mandatis eius uolet nimis

Sequentia sancti euangelii secundum iohannem

Dixit iesus discipulis suis
si diligitis me mandata
mea seruate et ego rogabo
patrem meum et alium
paraclitum dabit uobis
ut maneat uobiscum in
eternum spiritum veritatis
quem mundus non potest
accipere quia non uidet eum
nec scit eum uos autem
cognoscetis eum quia apud
uos manet et in uobis erit
non uos relinquam orfanos
uenio ad uos adhuc modicum
et mundus me iam non uidet
uos autem uidetis me quia
ego uiuo et uos uiuetis
in illo die uos eritis
in patre meo et ego in
uobis qui habet mandata
mea et seruat ea ipse est
qui diligit me qui autem
diligit me diligetur a patre
meo et ego diligam eum et
ostendam ei meipsum
si quis diligit me sermonem
meum seruabit et pater meus
diligit eum et ad eum
veniemus et mansionem
apud eum faciemus
qui non diligit me sermones
meos non seruat et sermonem quem audistis non est meus sed
eius qui misit me patris
Hec locutus sum vobis apud vos manens
paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo
ille vos docebit omnia et suggerit vobis omnia quecumque dixero vobis
Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis non sicut mundus dat